Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift

societas · ⁊ admirabilis caritatis eorum unanimitas · ubi nemo angelorum nemo archangelorum non dico beatę marię uirginis uerum neq; alicuius sororum inuidet · gliam · s; totum in altero unusquisq; possidet quod gratis omnibus prestatur · ut de omnibus ⁊ in omnibus glificetur ds · honoretur ⁊ adoretur ab omnibus · ubi non sexus · non ętas · non dignitas generis · s; meritorum qualitas discernitur · ubi plurimum stella a stella differt in claritate · quam uis omnes in suo sint ordine suscitandi · Quod si est alia claritas solis ⁊ alia claritas lunę · ⁊ alia claritas stellarum · una tamen claritas est · qua illustrantur omnes · Decreto beata di genitrix quę adhuc tantis interpretatur laudibus non immerito creditur hodierna die exaltata ⁊ glificata quantum nouit ille qui eam elegit in sua sapientia · ⁊ disponit omnia · Quod si in domo patris multę mansiones sunt · credum splendidiorem matri hodie filium prestitisse · quam olim edificauit domum sibi in qua columpnis septem · In qua numerum domo parantur nuptię ecclesiarum · di et federantur terrenis celestia · In eo namq; utero · uirginis sponso immortali uirginitas consecratur · ut sit totum celeste commercium · Et ideo k me celebrare sollempnitatem uirginis festum · quę celestem uobis uitam in terris ostendit · qm qui non nubent neq; nubentur · erunt sicut angeli in celo · Hec mirum si angelis comparatur uirginitas · quę angelorum duo federe copulatur nuptiarum · Et si quelibet uirginitas tantum exigitur · ut angelis comparetur · multo magis beata ⁊ gliosa uirgo quę singulari commendatur priuilegio · ⁊ unus sponsus ditatur mereimonio · Decreto dilime amate quam colitis · quam tu uere eam colitis ⁊ amatis · si imitari uelitis · de toto corde quam laudatis · Hęc namq; uita uobis fluxit · quam professę estis · Supra usum naturę hęc uita est quam tenetis · ⁊ idcō de celis uenit